F. E. BRVCKMANNI,
MED. DOCT. ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOSOR. ET
SOC. REG. PRVSS. SCIENT. COLLEG. ET
PRACT. BRVNSVICENS.

SPECIMEN PRIVS BOTANICO-MEDICVM EXHIBENS FRVTICEM KOSZODRE-WINA,

EIVSQVE

BALSAMVM KOSZODREWINOWY OLEY

DICTVM.

CVM FIGVR.

BRVNSVIGAE
APVD LVDOLPH. SCHROEDER.
M D C C. X X V I I.

VIRO
NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO ATQVE
EXPERIENTISSIMO
DOMINO
DN. IOH. HEINR. BVRCHARD,
MED. DOCT. CONSVLTISSIMO,
CONSILIARIO ET ARCHIATRO SERENISS.
DVCIS BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRG.
CELEBERRIMO,
BOTANICO HVIVS SECVLI PRINCIPI ET
AESTIMATORI RERVM NATVRALIVM
SINGVLARI,
FAVTORI SVO
PAGELLAS HAS
DE
FRVTICE KOSZODREWINA
OFFERT, DICAT, DEDICAT
ET
DEVOTVM CVLTVM OBSERVANTIAMQVE
OFFICIOSISSIMAM TESTATVR

DEDITISSIMVS AVTOR
F. E. BR. Med. Doct.

PRAEFATIVNCVLA.

LECTORI SALVTEM!

CVm superiori anno Hungariam, montesque Carpathicos nivosos visitavimus, subque praeteriti anni initium Brunsvigae redditi, ab aliquibus justi fuimus, Commentariolum de Balsamo Hungarico & oleo Libani cum Lectore communicare: eorum petitis gratificari volumus, ideoque sequentem Historiam Physico Medicam de istis in chartam conjecimus, quam Lector benevolus, cujus favori nos de meliori nota commendamus, boni consulat rogamus.

SPECIMEN BOTANICO-MEDICVM EXHIBENS FRVTICEM KOSZODREWINA ET BALSAMVM KOSZODREWINOWY OLEY DICTVM.

§. I.

APollinis filiis ſic dicta Materia Medica quotannis nova capit incrementa, quorum ſingentem numerum Superiori ſeculo ei acceſſiſſe norunt omnes, qui ſaltim primis prima Medicinæ fundamenta labris præguſtarunt; talium medicamentorum magnum recenſere poſſemus catalogum, ſi opus foret, contenti autem hac vice ſumus quædam tantummodo proferre & propalare de Balſamo Hungarico, quod anno MDCL. celebertimus quidam Hungarorum Medicus, Chriſtianus Auguſtinus ab Hortis, Ferdinandi III. gloriosiſſimæ memoriæ Imperatoris Archiater, juxta ac Regiæ liberæque civitatis Käsmarkienſis Comitatus Scepuſienſis Hungariæ Phyſicus ordinarius, cum decem annos

nos ante fruticem ſic dictum Carpathicum in Alpibus Hungaricis, nempe anno MDCXL. inveniſſet, primus ex eo collegit, deſtillavit & notum fecit.

§. II.

Poſtea fine ſuperioris ſeculi, plus autem præſenti, quo vivimus, recenter hocce inventum oleum vel balſamum Hungaricum etiam Germaniæ noſtræ innotuit, & primam quidem ejus mentionem inſertam Ephemeridibus Natur. Curioſ. Dec. II. An. III. Obſervat. XXXII. it. An. 1719. Centur. VII. & VIII. Obſ. II. pag. 4. &5. vidimus. Porro Doct. Joh. Milleter, Archiater Sereniſſimi Principis Loubomirsky, & Phyſicus Iglovienſis Comitatus Scepuſienſis Hungariæ excellentiſſimus, amicus noſter in paucis colendus, cujus ſingularem in Hungaria nobis exhibitum favorem calamo exprimere non poſſumus, Diſſertationem 1717. Lugduni Batavorum, de morbo Tſömör Hungaris endemio, pro ſupremo in arte ſalutari medica impetrando honore, doctiſſimam edidit, in cujus termino aliqualem iſtius Pannonicæ panaceæ narrationem exhibuit. Longiorem autem & uberiorem de hoc oleo relationem communicavit cum orbe erudito celeberrimus Lipioviensis Comitatus

Phyſicus, Dom. Doct. Dan. Fiſcher, qui me ſingulari ſua amicitia dignatus, domo menſaque humaniſſime excepit, omnique beneficiorum genere cumulavit, quam legere licet in Actis Uratislavienſium naturæ & artis An 1718 Menſ. Nov. pag. 331. & Ao. 1719 Menſ. Januar Claſſ. II. Articul III. pag 531. & ultimo eruditiſſimæ hancce arborem ejusque oleum clariſſimus Hungarorum polyhiſtor, Matth. Bel in Prodromo ſuo Hiſtoriæ Hungaricæ Nov-antiquæ pag. 17. deſcripſit.

§ III.

Celebratiſſimum Hungariæ Regnum in Comitatibus Scepuſienſi & Liptovienſi Alpes nivoſas altiſſimas ſtupendâ mole præcipitique faſtigio coelum verſus ſua cornua extendentes, accolis monſtrat, vocantur notiſſimo nomine Cypri vel Carpathici, a Carpis, natione quadam Germanica, quæ ante immemorabiles annos ſedem aliquam circa hæc montium juga ſibi fixerat, qui autem populus poſtea temporis partim debellatus, partim alias ob cauſas hoc territorium montoſum iterum derelinquiſſe dicitur. Hungari Tarczal & Slavi Tatros nuncupant, eo quod horrendi hi nivis montes Tartariam verſus ſe extendant. Adnodum commode, ſecundum Matthiam

etiam Bel, in quem Muſarum cohors ditiſſimum omnigenæ eruditionis cumulum largiſſime profudit, in jam temel citato prodromo pag. 76. in quatuor diſpeſcuntur regiones, quarum prima & infima, pes montium dici ſolita, ſilvis vulgaribus, pinu, abiete, larice &c. horret; ſecunda vaſtæ proceritatis & altitudinis arborem refiniferam, Libanus Carpathicus dictam, profert; tertiam falcati quoddam ligni genus, quod Slavi Koſzodrewina vocitant, impeditam & inviam facit; quarta & ſuprema perpetuis nivibus verminoſis glacieque annoſa obruta in præruptas petras, hinc inde ſubitaneum caſum præſentemque ruinam minitantes, ſtupenda altitudine in nubes aſſurgit. Linquimus autem priores duas, ultimamque nivoſam regionem ſilentio quoque plane prætergredimur, & de ligno ſic dicto curvato, quod tertiam montium occupat partem, verba faciemus.

§. IV.

Hoc *lignum curvum* ſive *falcatum*, ſic dictum a modo creſcendi, eſt enim inſtar meſſoriæ falcis, qua demetere ſolemus omnis generis frumenta, incurvatum hinc Germanis quoque accolis ſermone ſuo Teutonico Krumholz, Slavis autem *Koſſodrewina* vel *Koſzodrewina* appellatur.

pellatur. Excellentiſſimus Dom. Doct. Fiſcher, cujus nobis amicitia nullo non tempore in recenti ſervatur memoria, hoc vegetabile *Fruticem Carpathicum*, partim a patria & loco natali, qui ſunt ſupra nominati nivosi montes, partim & ad diſtinctionem ab arbore Carpathica, quae alias Libanus Carpathicus, vulgo Cembam audit, vitandae confuſionis gratia appellavit.

§. V.

Eſt autem nihil aliud, quam frutex quidam coniferus & reſiniferus, omni anni quadrante virens, ita ut citra animadvertentiam deciduis vetuſtionibus nova protrudat ſtatim folia vel acus, inter rupes & ſaxa in elevationibus montium Carpathicorum jugis proveniens, & ramos repentes penes terram infra & ſupra rupes & gramina per totam ſuam peripheriam protrudens, propter quos ramos ſerpentino tractu hinc inde circum circa ad aliquot ulnarum ſpatium ſtratos & protenſos, euntes ſibi bene proſpicere & cavere debent, ne inter eundem improviſi cadant, cruraque brachiaque frangant, ſi pecora, & boves, & vaccae & equi, in iſtas ramorum complicatas & contortas ſeries caſu incidant, multotes oſſa tracta vel diſlocata retrahunt, vel ad

muni-

minimum etiam haud facile explicari & a boum magistris ex istis extrahi possunt; solæ rupicapræ hos laqueos naturali sua agilitate evitare non ignorant. Hi rami vel sola manu contorti & in Spiram coacti egregium statim plorant balsamum, tota enim arbor multo scatet & dives est oleo resinoso. In altitudinem parum assurgit, rarissime stipes ad orgyæ magnitudinem accedit. Crassities vero teres sesqui alteram spithamam haud superat. Cortex non differt rugositate & scabritie a pini vel abietis crusta. Acus vel folia habet tenuia instar abietis vel pini, rigida, majora & longiora, quam quæ in supradictis arboribus cernimus, incano virore, quamdiu nempe ramos ornant & succum nutritium ex istis adsugunt, nullo non anni spatio nitentia. Fructum fert a flore, qui imperfectus stamineus est, sejunctum squammosum compactum, duriorem; sed haud majorem cono lariceo, sub cujus squammis nuclei bini minores delitescunt, avibus autumno in prædam venientes, floret mensibus Majo & Junio, strobilos autem maturos Septembri & Octobri profert.

§. VI.

Descriptionem & delineationem hujus fruticis, ea qua fieri potuit brevitate, stitimus, nunc

quæritur; an hocce plantæ montanæ genus veteribus jam fuerit notum? Reſpondetur: Maxime id convenire cum planta illa, quæ Botanicis & ſcriptoribus rerum naturalium *Pinus Mugho*, *Pinus Mugus*, *Pinus Sylveſtris humilior Muga vel Mugho dicta*, *Pinus Sylveſtris montana altera Bauhini*, *Pinus Crein*, *Picea altera Sylveſtris in Alpibus dicta Mugho*, *Secunda Pinus Sylveſtris ſpecies Mugho* χαμαιτύπη; *Humilis & terreſtris Pinus Lobelii & Tabernæmontani*; *Pinus ſylveſtris Mugho*: *Pinaſter Alpinus repens*; *Pinus humilis repens Alpina*; *Pinaſter pumilio*. πίτυς ἄγριος, Klein-Alpen-Kiefer *caudice nullo, ſed humotenus ramis a radice fuſis*. *Pinaſter pumilio ex monte Arlberg Bavariæ* Lackholtz nominata, non abſimilis Pannonico Cluſii. *Picea nigra Coreyrenſis* audit. Evolve, ſi placet, Joh. Bauhinum in univerſali plantarum hiſtoria Tom. I. Lib. IX. pag. 246. Matth. de Lobel in ſtirpium Hiſtoria p. 631. Joachimum Camerarium in horto Medico-philoſophico pag. 127. Petrum Bellonium Lib. de arboribus conifens, reſinifens aliisque ſempiterna frondevirentibus. Rembertum Dodonæum in Hiſtor. ſtirpium Pemptadis VI. Lib. V. Cap. XII. Pedacium Dioſcoridem in operibus, ejusque

que commentatorem Pet. And. Matthiolum, Chriſtophorum Plantinum in iconibus ſuis; Carolum Cluſium in nomenclatur: Pannon: Plinium L. XIV. C. X. Joh. Joachimum Becchenum in Parnaſſi medicinalis Phythologia pag. 39. Volckammerum in Flora Norimbergenſi, Dalechampium & alios, quorum deſcriptio, cum arborem dicant eſſe pumilem, confitetam & reſiniferam, montanam, naſcentem in declivibus, perennantem & perpetua fronde virentem, ſine ſtipite medio ramis circumquaque a radice fuſis & porrectis, penes terram ſpatio cubitorum decem, quindecimque repentibus, tenacibus & admodum flexilibus, quibus incolæ Comitatus Tirolenſis propterea circulorum vice ad vaſa vinaria cingenda uterentur, exacte convenit cum noſtro Carpathico frutice, hic enim eſt planta pumila & nana, ſtrobilos veluti ſquammis obſitos innumero numero quot annis protrudens; reſinam ſalutiferam, Balſami Carpathici nomine venientem, largiter porrigens; in Alpibus Hungaricis, in declivi montium latere, feliciter proveniens, perennis quoque eſt & omni anni tempore læte virens, omnem ventorum & tempeſtatum injuriam eludens, omneque frigus perferens; ſine ſtipite medio, qui vel plane abeſt, vel parum engi-

tur, ſtatim ramos & ramuſculos in omnes mundi plagas a radice alma dimittens admodum flexiles, levi enim manu ſaltim contorqueri poſſunt; de uſu horum quidem ad vaſa cingenda ab Hungarica natione nihil inaudivimus, perſuaſi autem ſumus, quod iſtis ramis propter tenacitatem & flexilitatem, ſi veliet & opus haberet, æque ac Tirolenſes ad vaſa faſcienda uti poſſent. De Mugho vocabulo adhuc paucis notandum, quod ſit vocabulum Tirolenſe, & Mughi nihil aliud ſignificant, quam tubulos, vel quia ex ramis fiant tubuli, vel quod rami tubulorum modo ſint teretes, vel quod demum rami veluti defoſſi tubuli in terra proſtrati jaceant, nec unquam in altum attollantur. Supradicti Matth. Lobelius, Joh. Bauhinus & Becchetus iconem arboris hujus ſenpris ſuis l. c. addiderunt, quoniam vero imago cum deſcriptione, quam dederunt, non convenit, erectam enim repræſentat arborem, huc non quadrat, forſan quod nunquam hoc vegetabile, quod delineari curarunt, ullibi antea viderint.

§. VII.

Perſuaſi ſunt Hungari, ac ſi nullibi terrarum hic lete virens frutex proveniret & creſceret, eſſetque planta indigena tantum montium Carpathicorum, ſed §. paragrapho antecedente nominat;

natis Geographiæ Botanicæ ſcriptoribus fidem, quam nulla parte iis derogare poſſumus, addere non recuſamus, provenit quoque in Agro, ſic dicto, Tridentino, Ananiſque & vallis Flemmarum montibus Comitatus Tirolenſis, in Alpibus, hinc pinus humilis Alpina dicta, in monte Arba Bavariæ, ubi Latholtz vocatur; in promontorio inſulæ maris Jonii Corcyræ, vulgo Corfu dictæ, de qua *picea nigra Corcyrenſis* appellatur; & ſic aliæ quoque regiones, aliique montes hanc porrigunt plantam, licet uſus medicus iſtius iſtis terris nondum innotuerit.

§. VIII.

Uſus autem hujus nanæ plantæ haud vulgaris eſt, ſed præſtantiſſimus, attingemus autem tantum modo medicum, oeconomicum & culinarem, cum aliis ligni generibus communem ſilentii peplo involvemus. Non autem ſolum præſtantiſſimum Balſamum & oleum, de quo deinceps fuſius loquuturi erimus, in officinas pharmaceuticas Hungaricas hæc pumilio arbor mittit & infert, ſed & lignum ejus haud contemnendæ utilitatis ſe iſtit. Hoc cum cortice adhibetur, lignumque nephriticum virtute ſua diuretica longe lateque ſuperat, nam ad miraculum uſque vaſa urinaria obſtructa reſerat, & liquorem

ſtum excrementitium ſalſum per ureteres, veſicam & urethram pellit, ſanguinem viſcoſum, lentum & congrumatum potentius, quam Germanorum Arnica & ſanguis hircinus famoſa alias ſpecifica, reſolvit, pertinaciſſimis morbis chronicis a feroſa colluvie in corporis humani machina ortis medetur, affectibus renum & veſicæ dolorosis medelam affert, nec gonorrhœa purulenta morboque Veneteo turpiſſimo decumbentes vana ſpe lactat. Infunditur autem vel decoquitur cum vino generoſo bonæ notæ & ad potandum, loco alius infuſi vel decocti nephritici & anuvenereæ porrigitur. Hi uſus egregii longa experientia a Dom. Doct. Dan. Fiſcher, celebratiſſimo Hungarorum Medico, primum detecti & propalati. Pollet ſale volatili oleoſo & ſulphure copioſo.

§. IX.

Lignum excipiunt cineres, ſunt nihil aliud, quam igne deſtructum & a materia craſſa liberatum & ſolutum lignum, egregium conſtituunt diureticum & diaphoreticum cum vino optimo in hydrope exhibitum. Refetunt annales Vratislavienſes Ao. 1718. Menſ Januar. Claſſ. II. Articul III. p. 531. ex communicatione ſupra nominati Medici caſum hydropici cujusdam verbi

bi divini ministri Belensis Hungari, qui ope hujus ligni in cineres redacti felicitèr evaserit. Historia sequens est: Nechst diesem wurde uns auch eines und das andere von der diesen Monath observirten efficacia des Krumholtzes zugeschrieben/ Z. E. in der curatione hydropis bey einem Geistlichen in Bela, der/ weil er die hitzigen Getränckе sehr geliebt/ endlich mit einer kalten Wassersüchtigen Kranckheit/ nebst der Contractur, zufrieden seyn muste: dieser hydrops besitzte die Hände und Füsse/ biß an die extremitates digitorum, welche allein der Schwulst nicht unterworffen waren; der Unter-Leib war so aufgeblasen/ als wenn er gleich zerspringen solte; selbst die Brust konte hiervon nicht frey bleiben/ in der die Respiration sehr bedränget wurde/ so daß patiens nichts anders/ als den Todt/ vor Augen sahe: Man bediente sich hierbey zuerst purgandi scopo der Rad. Jalappæ cum cremore Tartari, forthin absonderlich der Cinerum ligni Carpathici cum vino generoso täglich ad ʒv. vj. denen man zuweilen pro varietate die cineres Absynthii & Hyperici subarum, wie auch den Spiritum aperitivum Peroni beyfügte; wodurch denn hydrops per alvum & diuresin evacuiret/ und patiens restituiret wurde.

§. X.

Sequitur nunc *Essentia Carpathica*, inventum quoque celebrimi D. Doct. Fischeri, spiritu vini rectificatissimo præparata & extracta, virtutes & usum cum ligno diureticum & antivenereum æqualem monstrans.

§. XI.

Tandem spiritus per fermentationem & fine

cãdem

eâdem præparatus in apricum provenit, duplicem habet uſum, unum internum, alterum externum. Ad priorem quod attinet, parum recedere videtur virtute ſua durerica a ſupra dicta eſſentia & ligno. Externe vero rumorum duritiem reſolvit ſola inunctione, affectus ſpaſmodicos, doloresque nephriticos & podagricos ſedat & lenit, qui effectus potentius ſe exerit; quando inunctionem fricatio præit, vel cucurbitulæ ſiccæ non ſcarificatæ in parte doloroſa & affecta prius applicantur.

§. XII.

Sed nunc progreſſum facimus ad delicatiſſimam Hungarorum panaceam, quæ eſt balſamus vel oleum hujus ligni. Dicitur *Balſamum Hungaricum*, *Oleum Pannonicum*, a patria, conſiſtentia oleoſa & virtute egregia balſamica; it. *Balſamum* vel *Oleum Carpathicum*, quia lignum falcatum ſive curvum, ex quo ſua ſponte vel profluit vel arte paratur, lætè viret & creſcit in tertia Carpathicorum jugorum regione montoſa. Slavis *Koſodrevenj oley*, *Koſzodrevveni oley* & *Koſzodrevvinovvy Oley*, Germanis Krumholtz-Oehl. Non per Hungarorum tantum amplißimum Regnum magnis encomiis circumfertur, ſed Viennam Auſtriæ uſque de-

por-

portatur, & nunc reliquæ Germaniæ innoteſcere quoque cœpit.

§. XIII.

Paratur autem & impetratur non uno modo, & quidem primo appendunt accolæ hotum montium, hoc balſamum colligentes, tempore verno, quo arbor hæc præ reliquis anni temporibus majori ſucci oleoſi copia turget, vitra rotunda anguſtioris orificii ad ramorum extrema, quæ vaſa circa aperturam, poſtquam ramuſculus in eam detruſus, bene clauduntur, ne pars volatilis optima & ſpiritoſa in auras avolet, & tunc hocce oleum ſua ſponte guttatim delabitur in hæc vitra, quod præſtantiſſimum, pretioſiſſimum æque ac rariſſimum eſt, & eſt *verum balſamum Carpathicum nativum* ſponte exſudans ex ramorum apicibus. Alii reſcindunt apices ramorum oleoſas juniores & viridiores una cum foliis & prelo ſubjectas ex iis impetrant ſimile balſamum, quod *expreſſum* vocitant, magis craſſum, quam nativum, quod pellucidum & coloris aurei exiſtit, virtute tamen a nativo nihil recedens. Communiſſimum, & quod hinc inde venale per Hungariam circumportatur, eſt *coctum*, longe minorum virtutum & efficaciæ, quam duo antecedentia, rudi arte

id parant agreſtes, ramulos enim tantum ſimul cum foliis in fruſta conciſos aqua addita ollæ indunt, & ad aliquot horas promelioni extractione effervescere, ſubditis ignibus, ſinunt, poſtea ſupernatans oleum detrahunt & pro uſu aſſervant.

Quarto & ultimo ſe ſiſtit *deſtillatum*, quod in veſica deſtillatoria cum aqua ex ramorum apicibus oleo tumidis ſimul cum foliis paratur, pellucidum eſt & ad albedinem vergentis coloris, penetrantisque ſaporis. Aquam vero deſtillatione ex veſica detractam loco balnei commendari & a multis, morbis inveteratis & chronicis oppreſſis, non ſine fructu priſtinæ reconvaleſcentiæ & ſanitatis adhibitam fuiſſe teſtatur excellentiſſimus Mulleter l. c. pag. 45. Duobus ultimis modis parata olea vitrea ſunt antecedentibus, nativo & expreſſo, rariſſimeque ab adulterio & aliquali mixtione olei Terebinthinæ libera, nec eas exſerunt virtutes, quas de vero balſamo in pede hujus ſpecimenis laudabimus.

§. XIV.

Inventionis gloriam Chriſtiano Auguſtino ab Hortis, Kasmarkienſium olim Phyſico, jam ſupra attribuimus, qui anno 1640. primus hunc fruticem in Hungariæ Alpibus detexit, & 1650.

ex

ex eo præſtantiſſimum paravit oleum nemini antea notum.

§. XV.

Ad notas bonitatis quod attinet, ſit pellucidum, ad aureum inclinans colorem, fluidum, non craſſum, hoc enim ab oleorum circumfoſaneis Terebinthina falſatum eſt, colorem, odorem & fluiditatem nec longa annorum ſerie permutans; ſaporis ſit penetrantis & igneiflammam derepente inſtar Spiritus vini recipiens & ſe celerrime conſumens, ſaporem balſamicum gratum per aliquot horas in ore faucibusque conſervans, odorem ferme habens olei baccarum Juniperi, ſuaviorem tamen, eſt reliquum oleum calidum ſulphureum & igneum, terreſtreitatis parum ſibi admixtum habens. Deſtillatum & coctum facile craſſeſcit, præſertim id, quod reſinâ laricea ſtupratum eſt, facile & cito dulcedinem ſuam amittit & amareſcit, ne autem hoc vitium contrahat, recondunt in locis opacis ſiccis & frigidioribus, ſicque recentem ſaporem gratumque odorem, diutius quamalias ſolitum, conſervat.

§. XVI.

Nemini quidem in Comitatibus Sospuſienſi & Liptovienſi hæc olea parare interdictum eſt,

majorem tamen in colligendo balſamo & deſtillando oleo operam dant incolæ agreſtes pagorum Batisfalva, Germ. Botzdorff, (ubi ſingularis gratiæ Illuſtriſſimi Baronis de Spielenberg nobis exhibitæ devota mente nunquam non recordamur) & Gerlachfalva, Germ. Gerlsdorff, radicibus nivis montium adpoſitorum, qui non ſine fruge circa hujus præparationem occupati inveniuntur, quod poſtea Torocienſibus oleorum circumforaneis vendunt, qui id per Hungariam & Tranſylvaniam non ſine ingenti lucro diſtribuunt.

§. XVII.

Virtutes, ſi quod aliud balſamum, habet inſignes, quas ordine omnes recenſebimus, & quidem primo eas, quas inventor de eo manu propria in chartam, quæ Kæſmarki in officina pharmaceutica adhuc aſſervatur, conjecit: Dieſes Balſams und Oels Gebrauch iſt zweyerley/ einer äuſſerlich/ der andere innerlich. Uſus externi: 1. iſt dieſer Balſam gut zu gebrauchen zu allen friſchen Wunden/ welches/ wofern ſie nicht allzu groß und tieff ſind/ innerhalb 24. Stunden/ ohne eine Unterkötung oder Ereyterung oder auch heimliche Mahlzeiten heilet; Groſſe Wunden aber können in 30. Tagen dadurch geheilet wer-

den/

den / wenn man nemlich mit einer Feder etliche Tropffen hinein flöſſet: Es muß aber die Wunde mit einem gewächſten Tüchlein überbunden werden / anders das Oel / wegen ſeiner Subtilitat und Spirituoſitat evaporirt / und verraucht.

2. Heilet dieſes Oel der Kinder Unreinigkeit und feuchtes Ausſchlagen am Geſichte und Haupte in 3. Tagen aus dem Grunde / ohne einiges Merckmahl deſſelben / bloß damit beſtrichen.

3. Alle alte um ſich freſſende Schäden / dergleichen an den Schenckeln mannigmahl zufinden / heilet es innerhalb 2. Wochen / ſelbige damit beſtrichen / und mit einem gewächſten Tüchlein zugebunden, Man muß es des Tages 3mahl aufſtreichen / Morgens / Mittags und Abends.

4. Zu allen Flüſſen / Zerquetſchungen / geronnen Geblüthe im Leibe / Verſtopffungen der Monaht-Zeit / aufgeſchwollenen Gliedern / daher offtmahls die Contracturen entſtehen / auch zu Verſtopffungen der Adern / lahmen Gliedern und Krampff / iſt es gut zu gebrauchen in Brantwein gegoſſen / und ſich damit geſalbet / maſſen es innerhalb 2. Wochen Friſt / ſolche zu rechte bringet und heilet.

5. Vor das Podagra, nur den Oet damit geſalbet / da das Podagra reiſſet / ſo vergehen

die Schmertzen. Usus interni: Der innerliche Gebrauch iſt von 2. biß 9. oder mehr Tropffen/ in einem Trunck Aquavit oder vini des Morgends/ wenn man auffſtehet/ und des Abends ehe man ſich ſchlaffen leget/ zu ſich genommen/ da denn ſolches 1. alle Verſtopffung der Leber/ der Seiten und Nieren mächtig öffnet;

2. Treibet es ohne Beſchwerung aus alle Unreinigkeit des Geblüthes durch den Urin und Schweiß/ ja auch alle veneriſche Unſauberkeit.

3. Den Sand und Nieren Stein treibet es auch hinweg/ erreget die Monahts-Zeit/ und iſt gut zur güldenen Ader zu gebrauchen.

4. Den Saamen-Fluß und andere kalte Flüſſe ſtillet es auch.

5. Zertreibet es alles/ auch langwieriges Hauptweh.

6. Iſt es auch dienlich und nützlich wieder den Huſten und alle Haupt-Schmertzen/ auch vornemlich wieder die Lungen und Schwindſucht.

7. Und letztlich hat auch dieſer Balſam alle dieſelbe Krafft und Würckung/ welche der Orientaliſche Balſam hat/ wie ſolches durch die vielfältige Experientz, auch an hohen Perſonen/ abſonderlich an Käyſerl. und Königl. Maj. Ferdinando III. hochlöbl. Gedächtnüß/ wahr und probat erfun-

erfunden worden / davor ich auch eine Gnaden-Kette / den Adel- und Adeliches Wapen / daeinnen ein Garten und Baum præsentiret wird / allergnädigst erhalten habe.

Hactenus verba clarissimi hujus balsami inventoris, quæ excellentissimus Dom. Doct. Millerus in sua de morbo Tsömör, Hungaris endemio, Dissertatione latinitati partim donavit, partim quoque usus supradictos correxit, & quidem sequentem in modum: Usus internus: si pro dosi una 7. aut 9. plus minus guttulæ sumantur, pro ratione videlicet personæ, ejusque naturæ in liquore aliquo conveniente v. g. vino vel Spiritu vini, rarius pusculo, mane jejuno stomacho & vesperi duabus ad minimum post cœnam horis, est sequens:

1. Obstructiones hepatis & renum potenter aperit, & hypochondriacum malum arcet.

2. Impuritates sanguinis sine molestia per copiosas urinas & paucos sudores é profundo etiam venenoso genere elicit, alvumque levat.

3.) Arenas & renum calculos contringit & pellit.

4.) Menstrua & hæmorrhoides movet.

5.) Gonorrhœam & catarrhos frigidos sistit.

6. Do-

6.) Dolores capitis inveteratos diſcutit.

7.) Tuſſi etiam & inveteratis pectoris morbis, nominatim vero phthiſi & ulceri pulmonum optime medetur.

8.) Punctiones laterum internas ſedat, ſi interne X. guttæ ſumantur, externe autem XX, guttæ latera dolentia inungantur, calidisque linteamentis tegantur.

Externus: 1.) omnia vulnera recentia, ſi non nimis magna ſunt & profunda, in ſpatio XXIV. horarum ſine ulla ſuppuratione & notabili cicatrice ſanat, majora vero vulnera intra triduum aut quatriduum, ſi ſolummodo aliquot guttulæ inſtillentur, debet vero linteum ceratum ad inſtar emplaſtri ſuperimponi, quo vulnus operiatur, alias oleum evaporat, virtutemque amitteret.

2.) Scabiem in facie & capite infantum humidam intra triduum funditus exſiccat & tollit nullo relicto veſtigio aut cicatrice; item humiditates aliæ, ex quibus proveniunt puſtulæ, ſacer ignis, ſcabies, aliaque ulcera in facie, capite, vel pone autes intra VI. vel VII. dies tolluntur & ſanantur, ſi locus affectus oleo illo leniter tingatur.

3.) Ulcera antiqua, ſerpentia ulterius & exeden-

edentia, qualia plerumque ſunt in cruribus per ſpatium 2. ſeptimanarum, ſi modo illinantur, linteumque ceratum ſuperimponatur ex fundamento ſanat, debent autem inungi loca infecta ter de die, mane videlicet, meridie ac veſperi.

4.) Frigidis etiam fluxionibus, ſanguinis concreti retentionibus, rumonibusque, ex quibus plerumque paralyſis ac contracturæ nervorum diuturnæ oriuntur, ad miraculum tollendis efficax eſt, quæ omnia intra 2. plerumque ſeptimanas reſtituit. Addit porro celeberrimus D.D. Schlevogt, Prof. Jenenſem, feliciter olim hoc balſamum in exulceratione veſicæ internè fœminæ cuidam propinaſſe. D. Doct. Mollerum Neoſolienſem externe in contractura, paralyſi & nervorum frigidis affectibus laudabilem ejus efficaciam non ſine fructu probaſſe. Ultimo circumforanei oleorum Turocienſes, qui medicinam Peripateticam hujus ſeculi per Hungariam exercent, non aliter ac apud nos Konigseenſes, vulgo Schachtel-Träger dicti, hoc balſamum hinc inde vendunt, & cuilibet vitro ſchedulam, quatuor linguis Germanica nempe, Latina, Hungarica & Slavica impreſſam, virtutes recenſentem, addunt; Cum vero ultimas binas linguas rariſſimi inter Germanos calleant, priores binas tantum adjiciemus;

Receptum de Balſamo Hungarico, vulgo Oleo Krumpholtz; de ejus virtute & efficacia, quomodo eodem utendum, & contra quos morbos ſit proficuum.

1.) Utile eſt hoc oleum contra gravem tuſſim, ſi mane & veſperi in vino aduſto quatuor guttæ ſumantur. Juvat.

2.) Medetur hoc oleum phthiſi laborantibus, ſi mane & veſperi ex eo IV. guttæ vino mixtæ ſumantur. Singulariter juvat.

3.) Bonum eſt contra calculum mane & veſperi in vino adhibitum.

4.) Valet pro corrupto ſtomacho reducendo, & pellit febres, ſi mane & veſperi in vino calido VI. guttæ ſumantur.

5.) Eſt utile contra pleuritidem, ſeu graves puncturas lateris, ſi eodem ungaris, juvat.

6.) Eſt proficuum, ſi corruptum & nigrum ſanguinem habeas; miſce hoc oleum vino aduſto, mane & veſperi cum te eodem ungi, & renovabitur ſanguis in venis.

7.) Juvat hoc oleum contra motus convulſivos, vel ſpinæ dorſi dolores, unge te eodem, multum prodeſt.

8.) Prodeſt contra paralyſin, & rigorem nervorum, ſi quis illo ſe ungat.

9.) Eſt utile contra ſpaſmum & læſos nervos

vos, unge te eodem, & illico juvabit. Medetur hoc oleum plurimis etiam infirmitatibus, si quis eo utatur. Et in his novem punctis, olei hujus virtutem, magni nominis & notæ homines probarunt, & etiam a dictis morbis liberati, pristinæque valetudini restituti sunt.

Recept von dem Krumholtz Oehl und dessen Tugend und Würckung / wie dasselbe zugebrauchen / und vor was vor Kranckheiten es nützlich ist.

1.) Ist das Oehl gut für den schwerem Husten / des Morgends und Abends in Brantwein IV. grr. eingenommen / es hilfft.

2.) Ist das Oehl gut für Lungensüchtige Leute / des Morgends und Abends in Wein gebraucht IV grr. es hilfft.

3.) Ist das Oehl gut für den Stein / Morgends und Abends in Wein.

4.) Ist das Oehl gut für ein verderbten Magen / oder für das Fieber / des Morgends und Abends in warmen Wein gebraucht / VI grr. es hilfft.

5.) Ist das Oehl gut für groß frechen in der Seiten / sich darmit geschmieret / es hilfft.

6.) Ist das Oehl gut für das Podagra, nur den Ort gesalbet / da er das Podagra hat / es lindert den Schmertzen alsbald.

7.) Ist das Oehl gut / wann ein Mensch ungesundt / gerunnen schwartz Geblüth bey sich hat / nur das Oehl des Morgends und Abends in Brantwein gebraucht / und sich damit geschmieret / so verneuert sich das Geblüte im Menschen.

8.) Ist das Oehl gut für die Gicht / oder wann es dem Menschen in dem Creutz bricht sich nur damit gesalbet / es hilfft.

9.) Ist das Oehl gut für lahme Glieder / sich darmit gesalbet / so genest der Mensch.

10.) Iſt das Oehl gut für verſtoſſene Adern / oder für den Krampff/ ſich nur damit geſalbet/ es hilfft alsbald / und noch für andere Kranckheiten mehr/und kan es dis Krumholtz-Oehl brauchen / denn dieſe 10. Stückel ſind alle bey vornehmen Leuten probiret / und auch darvon wiederum friſch und geſund worden mit GOttes Hülffe.

§. XVIII

Egregios laudavimus uſus, ſed non in omnibus ſubjectis nec ubique voto ex aſſe reſpondentes, annotarunt enim practici Hungari, calculum magis exaſperare dolorumque faces in hoc, per ſe doloroſiſſimo malo, magis accendere, & calculum, uti vocant, incuneatum facilime producere, quam ex uſu eſſe, interne quoque uſurpatum hoc oleum in podagræ & arthritidis ſpecrebus reliquis abſolute noxium eſſe affirmantes, qui longo ejus uſu experimenta fecerunt, uti ſunt Doctores, Mollerus, τὸν ἐν ἀγίοις Genſelius Raygerus & alii hujus nationis Medici. De ſaluberrimo vero ejus uſum gonorrhœâ Acta Vratiſlavienſia An. 1718 Menſ. Jan. Claſſ. II. Articul III. p. 53. ſequentia memorant: Eine gonorrhœa wurde nach anfänglich gegebenen Purg. ex Reſin. Jalapp. Mercur. dulc. & Tartar. vitriolat. in form. pillular mit dem Balſamo Hungar. ſive oleo Carpathico vero gute vſt pro doſi quater de die ſumendo, endlich mit adſtringent: & tonum viſcerum roborantibus glücklich gehoben. Reliquum adverſos potredinem maximopere valet, ſanguinemque in florido & balſamico ſtatu conſervat.

§. XIX.

Et hæc ſunt, quæ de hoc balſamo ſpatio aliquot menſium, quo aura licuit Hungarica frui, reſciſcere potuimus, quæ libenter communicamus, ſi quæ porro ſupervacanea aut errores irrepſerint, a benevolo lectore veniam ſperamus.

Figura I. monſtrat ramum hujus arboris cum ſuis foliis.

00565